

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, Hæreditas cœlestis. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

Quapropter verissime affirmari potest: Tunc satiabor,  
cum apparuerit Gloria tua proportionata & adæquata  
meo desiderio.



# PARADISUS,

*Hæreditas cœlestis.*

XXVI.

*Hæreditas cœlestis, fructus Filiationis*

*DEI.*

S<sup>i</sup> filij & hæredes. Et hec summa dignitas est, esse Fi- S Leo ser. 6.  
Slium Dei: Omnia dona excedit hoc donum; ita summa de Nat.  
& infinita hæreditas est, quæ ei competit. Filio Regis  
correspondet hæreditas Regia, & Filio Dei hæreditas  
Divina correspondere debet. Quamobrem, qui est Filius  
Dei per gratiam, omnino sibi persuadeat, & ut certum  
teneat, se fore hæredem æternæ Gloriz.

XXVII.

*Hæreditas cœlestis, Visio Dei Beata.*

In visione beatifica continentur omnes gratiæ, omnia  
bona, quæ Deus suis Filiis communicare potest: Visio S. Aug.  
est tota merces, quam promerentur Filii Dei. Per gra-  
tiam Filius Dei acquirit jus ad hanc hæreditatem: at  
usum & possessionem ejus per Gloriam: in hac vita ea  
speratur solum, & in futura possidetur: etenim in hac  
vita sumus quidem Filii Dei, at non manifestatur nostra  
filiatio, veluti manifestabitur & comparebit in fu-  
tura vita.

L 4

XXVIII:

*Hæreditas cœlestis, hæritas perpetua,  
immaculata, & invariata.*

Filiis Dei ea præparata est hæreditas, quæ nollis sub  
iecta est litigii, neque mutationi, aut fini, veluti docet

S. Apost.  
Pet.

S. Apostolus Petrus: Regeneravit nos in spiritu viri  
in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, in  
marcessibilem, conservatam in celis. Ubi vocabulatur  
illud: conservatam in celis, bene ponderandum est.

Ex quo sequitur, totam nostram felicitatem & beatitudinem non in terra, sed in celo sperandam est.  
Quapropter, ut notat S. Gregorius, hæreditatem eius

*Hom. 37.* in differt à cœlesti, quod illa in morte perditur, bene  
*Evang.* venitur, ut testatur Propheta: Cum dederit dilectum suum

*Psal. 126.* somnum, ecce hæritas Domini. Postquam homosuscepit in somno mortis, & perdidit hæreditatem Mundi; possessionem capiet hæreditatis Dei.

*Hæreditas cœlestis, stabilita & confirmata  
morte Christi.*


Hebr. 6. 9.

Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatorum. Quamobrem mors Christi necessaria fuit, ut testamentum suum confirmaret, nosque in suâ hæritate stabiliret. Verum testamentum à Christo conditum fuit testamentum onerosum, cum peccatione, aderatque testamentum conditionatum. Glorificabimus, compatimur. Reliquit nobis quidem pro hæreditate Gloriam cœlestem; sed cum hac conditione, ut punitur in presenti vita patiamur & compatiamur. Debemus esse hæredes Gloriarum, verum est, at primò Crucis Christi: & si recusaverimus hæreditatem Crucis, tamen quām infideles & ingrati privabimur quoque hæreditate Gloriarum.

## XXX.

*Hæreditas cœlestis, quæ incipit in Gratia; at perficitur in Gloria.*

Quod si hæc hæreditas consistat in visione Dei: ergo primò incipit, cum Deum fide apprehendimus & videmus in hac vita, & deinde lumine Gloriarum in altera. In hac vita hæreditas Christiani hominis est thesaurus *Ezech. 20. invisi.* Habemus & possidemus Deum fide, at non videmus eum, neque cum fide pulchritudine ejus fruimur. *Fili⁹ Dei sumus, & si filij, & heredes: sed nondum S. Ioa. 3. 3.* appareat hæc dignitas: apparet, cum videbimus eum lumine gloria, sicuti est.



## PARADISUS,

*Eternitas felicissima,*

## XXXI.

*Eternitas felicissima, propter perfectionem durationis.*

Gloria Beati debet esse perfectissima, non in esse duntaxat, sed etiam in duratione: ergo durare debet duratione perfectissima, qualis est æternitas, quæ dicit negationem omnis imperfectionis, & termini, & successionis, & variationis, & mensuræ, & limitationis. Quapropter in perfectione sua est duratio interminabilis sine fine, permanens sic successione, immutabilis sic variatione, immensurabilis sic mensura, illimitata sine termino.

L 5

XXXII.